ANALEKTEN.

1.
Fragment einer Nonnenregel des 7. Jahrhunderts.

Mitgeteilt

von

Dr. **O. Seebaſs.**

In meinem Aufsatze über das Regelbuch Benedikts von Aniane habe ich bereits (Ztsch. f. Kgsch. XV, 230. 234) von einem in Codex 231 des Kölner Stadtarchis erhaltenen Bruchstück einer bisher ganz unbekannt gebliebenen Nonnenregel, die von Benedikt von Aniane „Regula patrum“ genannt wird, gesprochen. Ich bringe dieses Fragment hier mit der Bemerkung zum Abdruck, daſs der zweite selbständige Teil desselben auch in der Concordia regularum Benedikts von Aniane als Citat vorkommt und ich die Varianten der Menardschen Ausgabe der letzteren (nach Mignes Abdruck) sowie diejenigen des Codex B der Concordia (s. Ztschr. f. Kgsch. XV, 372) in den kritischen Anmerkungen mitteile.

. . . decim dies, aut certe propter propter profluentium capil- fol. I col. 1
lorum incrementum arbitrio senioris in lauando unaquaeque vtatur. Penitencias minutas iuxta mensam si scierit praeposita mense imponat. Amplius quam viginti et quinque percussiones simul non dentur.

Penitentes sorores et indigentes penitencia psalmorum, hoc est cui necesse est, ut psalmos pro visione nocturna decantet, quia pro illusione diabolica, pro modo visionis alie sorores viginti quatuor psalmos in ordine, alie duodecim indigent pene

psalmorum, quos cum silencio psallere debent; quamuis ergo in nocte dominica et tempore quinquagesimi genuflectant. In commune autem omnes sorores omnibus diebus et noctibus tempore orationum in fine omnium psalmorum genua ad orationem, si non infirmitas corporis nocuerit, flectere debent, equo moderamine sub silencio dicentes: Deus in adiutorium meum intende, domine ad adiuuandum me festina [1]. Quem versiculum postquam ter in oracione tacite decantauerunt, equaliter a curuacione orationis surgant: excepto diebus dominicis et a primo die sancto pasche vsque ad quinquagesimum diem tantum moderate se in tempore psalmodii humiliantes genua non flectant.

Et que ministrans die dominica vel necessitatem aliquam sororum adimplens fuerit ad lauacrum aut quamcumque necessitatem, una oracione ante exitum et introitum eget. Interroget tamen si non procul exeat, signo crucis indiget, non est necesse ad orientem se vertere. Exiens extra domum vel infra domum regrediens, sed festinans, signet se tantum ita; et in ambulando conueniens quemquam, si non festinat, postulet oracionem et se humiliet. Si in tegurium aliquod intrauerit in quo congrua genuflexio non fiat, inclinare tantum paulatim statuitur.

col. 2. Licitum est ut praeparetur oblacio || dominice diei in die sabbati. Et quando praedicatur, si que uiderit somnium inmundum aut naturaliter coinquinata fuerit, una cum penitentibus stare praecipitur. In magnis autem solemnitatibus quando audiant sonum sedere pene mediante praecepto praecipiuntur; deinde singuli omnes audientes ad sinaxin, id est ad cursum, imitantem [a] diei conventus dominice, [properent] [b]. Quando sacrosancta communicare debent misteria, lauent [c] manus ante oratorii introitum secundum ordinem earum, nisi prius lauerint, ordine quo in ecclesia introeunt. Non flectantur genua sed curuatio fiat, atque priores in medio fiant oratorii, cetere dextere leuaque assistant. Et in omni dominica solemnitate hymnus diei dominice cantetur et [d] in die natalis domini et inchoando pascha, id est cena domini. Que ad altare inchoauerit accedere sacrificium acceptura, ter se humiliet, et nouicie et indocte et quaecumque fuerint tales ad calicem non accedant. Et quando offertur sacrificium nulla legatur que dum inchoetur accipi sacrificium preter certas necessitates [e]. In omni die dominico et so-

1) Psalm 70, 2.

a) *So Reg. coen. II,* imitante *Cod., ich vermute* incipientem. b) *Das Eingeklammerte von mir hinzugefügt.* c) *Cod.* lauet. d) cantetur. Et *Cod.* e) *Ich enthalte mich aller Verbesserungsversuche. Vgl. Reg. coen. II, Cap. IX.*

lemnitate precipua que non fuerit in cetu sororum ad dominum fundentium preces, oret et ipsa in ministerio, quo ob necessitatem detenta est. Et quando offertur, non multum discurratur.

Si quid preceperit cuiquam praeposita maior siue senior mater et alia iunior praeposita iterauerit ordinare, ipsa obedire debet, indicans tamen in silencio, quod praeceperat alia maior. Et si transgrediatur iussa senioris, ipsa que iussit peniteat. Nulla alie sorori ordine praecellente imperet. — Ab inicio diei usque ad noctem commutacio vestimenti non sit, et altera in nocte, altera in die. Interrogentur separatim id est vespere quando in lectulis fol. Ib col. 1.
suis debent antequam pacem celebrent, et mane post secundam celebratam ad collectionem cenobii venientes. | Quo in loco veniam petentes et se accusantes pro cogitacionibus carnalibus ac turpibus vel nocturnis visionibus tunc postremum pariter orantes dicant: Fiat, domine, misericordia tua super nos, quemadmodum sperauimus in te[1]. Exaudi nos, deus salutaris noster, spes omnium finium terre et in mari longe[2]. Sic quoque vicissim dicant ad seniorem: Da commeatum mutandi vestimentum et quod necesse est in exparatione nostra facere.

In omni loco et opere silencii regula magnopere custodiri censetur, ut omne quantum valuerit humana fragilitas, que prono ad vicia praecipitari solet cursu oris, mundemur vicio, edificacionemque potius proximorum siue proximarum, pro quibus saluator noster Jesus suum sacrum effudit sanguinem, quam dilacerationem absentium in pectore[a] conceptam et quam ociosa passim verba ore promamus, de quibus iusto sumus retributori rationem reddituri. Hec supernum volentibus carpere iter tendens alti ad fastigia summi rudere qui eum[b] cum flagiciis atro ambientibus vni adherere deo hac[c] in tellure misso statui, que visa[b] immortalia nimirum sunt premia accepture cum gaudio summo nunquam decidente in euum. amen.

[Q]vanta intentione ac studio[d] inquirendum sit, qualiter ad cultum religionis tam operibus quam oracione tendatur, propheta hortante[e] didicimus, qui ait: accedite ad dominum[f] et illuminamini et vultus vestri non confundentur[3]. Accedendum semper est, ut accessum sequatur illuminacio. Si

1) Psalm 33, 22. 2) Psalm 65, 6. 3) Psalm 34, 6.

a) pēccore *Cod.* b) *Vgl. Reg. coen. II gegen Ende.* c) ac *Cod.* d) aͨcustodia B. e) hortante propheta Mn *(Concord. regg., Migne 103, 932).* f) deum Mn.

non accedimus, non illuminamur; si accedimus et illuminamur [a], et cum eodem [b] dicere possumus [c]: Inquisiui dominum et exaudiuit me [1]. Inquirendo etenim et omni intentione petendo exauditur qui se exterius a seculi desideriis atterit et
col. 2. interius cum omni cordis [d] contritione per ardorem conpunctionis || pollet. Petite, inquit, et dabitur vobis [2]. Si omnis qui petit accipit, cur carnis ignauia praepediente et facinorum mole obstante non hoc cotidie poscamus [e], quod in eternum possideamus, beate scilicet vite praemium et [f] eterni muneris [g] perhenne suffragium, quod sine grandi labore acquiri [h] non potest? Cum primum per desiderium et doctrinam incognite menti inseritur ac [i] postmodum opere [k] implendo sacratur [l], sed sine ineffabilis et incomprehensibilis omnipotentis dei clemencie praesidio vel adiutorio patrari [m] non potest. Quamuis iuxta apostolum [n] alius [o] riget alius plantet, deus autem incrementum dat [3]. Sic [p] Salomo testatur dicens: Hominis est parare [q] cor, domini est dare consilium [4]. Datur ergo consilium a domino, si obstinate mentis aditus non denegetur [r]. Sic per apocalipsin dicitur: Ecce ego sto ad ostium et pulso; si quis aperuerit michi intrabo ad illum et cenabo cum illo et ipse [s] mecum [5]. Ad opus ergo seruitutis diuine miserationis [t] quando [u] assistimus, tam corpore quam animo parati esse debemus, ut eum pulsantem [v] intra mentis septa recipiamus eaque semper cor nostrum spiritus sancti igne accensum cogitet [w], que creatoris misericordiam ad cenam venientem idemque ad cenam ducentem prouocet [x]. In qua quis cum venerit inebriabitur ab ubertate domus eius et torrente voluptatis [y] eius potabitur [6]; quia apud Christum [z] est fons vite et in lumine eius lumen videbitur, qui pretendit misericordiam suam scientibus se et iusticiam suam his qui recto sunt corde [7]. Ea ergo semper

1) Psalm 34, 5. 2) Matth. 7, 7. 3) 1 Cor. 3, 7. 4) Cf. Spr. Sal. 16, 9 u. 1 (Vulg.). 5) Offb. Joh. 3, 20. 6) Ps. 36, 9. 7) Ps. 36, 10. 11.

a) si accedimus et illuminamur ° Mn. b) eodem propheta B. c) possimus B. d) corde (is) B. e) petamus Mn. f) et ° B Mn. g) perenne B Mn. h) adquiri B. i) et Mn. k) opus Mn. l) sa(sen)tiatur B. m) Quod sine ineffabili omnipotentis dei praesidio vel adiutorio impetrari B Mn. n) iuxta ap. ° Mn. o) et alius B Mn. p) Sicut B. q) praeparare Mn. r) deneget. B. s) ille B Mn. t) miserationis ° B Mn u) qūq;' cū C. v) eo pulsante C. w) semper cogitet Mn. x) ad nostram coenam venientem nosque ad suam deducentem provocent B Mn. y) voluntatis C. z) ipsum *statt* Christum Mn.

lingua proferat que conditoris famulatus ore placeat [a], iuxta illud psalmografi [b] preconium: Seruite, inquit, domino in timore et exultate ei cum tremore [1]. Sic ergo [c] creatori timendo seruitur, si opus bonum ad vocem [d] laudis iungitur, sicut | alibi per psal- fol. II.
mistam dicitur: psallite sapienter [2]. Sapienter et enim quisque psallit qui voci [e] laudanti noxiis operibus non contradicit et qualiter oporteat potencie diuine [f] famulari sollicita [g] religionis [h] cura omni [i] studio persequitur [k]. Sic ergo mens nostra ad psallendum intenta [l], sic ad orandum [m] parata incedat, qualiter nullo prepedita temporalis [n] desiderii obstaculo nullo temporis [o] fuscetur [p] uicio, sed semper intenta et in celestibus sublimata [q], humilitate et puritate ac promptissima [r] deuocione ornata ad eterna premia tendat [s], sic cordis conpunctione flagret, qualiter in se creatoris misericordiam ad clemenciam [t] excitet, nec se in multiloquio quisquam sed potius in puritate cordis et lacrimarum ubertate exaudiri credat. Non enim longe orationis prolixitas sed prompte mentis intentio pietatem clementis iudicis excitat. Orandus ergo semper est ut largiatur delinquentibus veniam, qui languenti mundo per crucis passionem infudit medicinam salus mundi eterna Christus Jesus [u], qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat in secula seculorum. amen.

Der zweite Abschnitt dieses Bruchstückes (Quanta intentione ac studio inquirendum sit ... bis zum Schluſs) wird von Benedikt von Aniane auch in der Concordia regularum unter Nr. V des 25. Kapitels mit der Überschrift citiert: „Ex regula patrum. De accedendo ad deum.“ Nun bemerkt zwar schon Menard (Migne CIII, 932) richtig: Haec videntur potius ex cujusdam patris concione sumpta, quam ex aliqua patrum regula; daſs aber für Benedikt von Aniane dieser Sermon doch als Bestandteil einer Regel gegolten hat, geht, abgesehen von der angeführten Überschrift, daraus hervor, daſs er auch in seinem Liber regu-

---

1) Ps. 2, 11. 2) Ps. 46, 8.

a) quae conditori placeant B Mn. b) psalmographi B. c) Tunc ergo B. d) bonum voci B. e) voce C. f) diuinae potentiae B Mn. g) sollicita ° B. h) religionis ° Mn. i) omnique B Mn. k) prosequitur Mn. l) intenta ad psallendum B Mn. m) sic ad orandum parata ° B. n) *statt* temporalis: salutaris Mn, saecularis B.
tor
o) t̄ẹporis B. p) fuscata uitio B Mn. q) et in *und* sublimata ° B, et *und* subl. ° Mn. r) ac puritate promptissimaque B. s) proemia peruenire contendat B Mn. t) ad clemenciam ° B. u) Jesus Christus Mn.

larum, nach welchem die Concordia auferbaut ist, denselben mit dem ersten Abschnitt, der doch unfraglich einer Nonnenregel angehört, zu einem Ganzen zusammengefaſst überliefert. Den Sermon Quanta intentione ac studio inquirendum sit habe ich anderweitig nicht aufzufinden vermocht, auch in Aumers Initia librorum latinorum ist er nicht verzeichnet. Der Text des ersten Abschnitts wird nach der in Bälde bevorstehenden Ausgabe der Regula coenobialis Columbani zur Besprechung kommen.

2.

Beiträge zum Briefwechsel der katholischen Gelehrten Deutschlands im Reformationszeitalter.

Aus italienischen Archiven und Bibliotheken

mitgeteilt von

Walter Friedensburg.

Vorbemerkung.

Bei den Forschungen, welche ich zum Zweck der Bearbeitung und Herausgabe der Nuntiaturberichte aus Deutschland im Reformationszeitalter in den Bibliotheken und Archiven Italiens anstellte, fanden sich neben sonstigen einschlägigen Materialien auch Korrespondenzen zwischen den Nuntien und anderen Kurialen auf der einen und deutschen Gelehrten und Theologen der katholischen Partei auf der anderen Seite. Zunächst lag es nahe, diese Briefe, soweit sie wenigstens die öffentlichen Dinge, die schwebenden Fragen des Zeitalters berührten, der Ausgabe der Nuntiaturberichte in Anmerkungen oder als Beilagen einzuverleiben, wie dies auch teilweise in den bisher herausgekommenen Bänden [1] geschehen ist. Als aber fortgesetzte Forschungen eine

1) Nuntiaturberichte aus Deutschland nebst ergänzenden Aktenstücken, 1. Abtlg., Bd. I—IV. Gotha, Friedrich Andreas Perthes, 1892/93.